Legimus institucionibus ueterum patrum ut quicumque aliquid causa augmentandi monasteriis conferre
uoluerit. per scripturam seriem. commendare studeat memorie posterorum. ne deinceps quod absit
uideat contradictionibus. Quorum ego Stephanus. et uxor mea Airelda ac filii nostri libentissime
amplecti cupientes uestigia. eorumque reminiscens gratiam. mea simul que facinora. et redemp
tionem uniuscuiusque anime. eius sunt opes ac diuicie. Quapropter nouerint cuncti fideles.
tam futuri quam et presentes. quod uocem illam domini qua dicitur. date helemosinam et omnia
munda uobis sunt ut. in dictis et factis studeam adimplere. pro remedio animarum nostrarum.
Concedimus domino deo bonorum omnium largitori. sacro sanctisque altaribus sancte MARIE. ET
SANCTI HONORATI. Lyrinensis monasterii. uenerabilis abbas Aldebertus esse uidetur. sive
monachis ibidem sub norma uite regularis christo famulantibus. in comitatu Calidianensium in flumine ciagna totum integrum.

quantumcumque habemus et habere debemus in molendino et in paratore uinea que iuxta eos est
per qualemcumque modum tenemus et debemus tenere. hoc est medietatem tercie partis supra
dictarum rerum et molnaria domino donamus uendimus tradimus domino deo et sancte marie et sancto honorato
et Lyrinensium monachis.

hanc cartam donationis manibus propriis firmamus. testibusque roborandam tradimus. Isnardum barrera et
Sane si quis ex heredibus nostris aut aliqua persona donationis huius carte contradictor existere
uoluerit a Deo damnatus subiaceat omnibus mundi usque ad finem maledictionibus. uxor sua fir.
Petrus Wilelmus et uxor sua firmaverunt. Taufredus et Rostagnus frater suus firmaverunt. Petrus de monte aurosio.

ALPES MARITIMES ARCHIVES